



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Et primo, vtrum in corpore sit aliquis habitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

QUESTIO L.

De subiecto habituum, in sex articulos diuisa.

¶ Super quibus quinquaginta articulis primis.

IN articulo. 1. 2. & 3. questionis 50. circa subiectum habitus, aduertendum est, quod quia habitus finis est habituationis, & habituari assuescere quoddam est. ideo ubi non inuenitur consuetudo, aut aliquid maius, ibi non inuenitur proprie habitus. Propter quod existentibus duobus principiis, scilicet natura & uoluntate, ubi est pure natura, nihil est habitus proprie. Si enim infinites lapis proficiatur sursum, non habitatur ad motum sursum, ut dicitur in 2. Ethicor. ubi autem est ipsa uoluntas, ibi est perfecte habitus, uide & de ratione habitus uidetur uoluntarium, ut in articulo. 3. author dicit. Et in tertio de anima Auerois dicit, quod habitus est, quo quis operatur cum uult. In intermediis autem quanto aliquis magis participat aliquid rationis, tanto magis participat habitum: & hinc prouenit primo, quod habitus ad operationes sunt principaliter in anima, id est, in ipsis uirtutibus animae, & secundario in organis corporeis: quoniam illa quidem principaliter, haec autem secundario rationalem motum sapiunt. & propter hoc habituari ad delectationes ueneris, uel cibi, potus, loquacitatis, ludi, blasphemiae, & similibus, uolentes abstinere, quasi non possunt corpore iam assueti ad talem appetitum sequelam. Prouenit secundum, quod licet in membris corporeis, & parte negatiua absolute nullus sit habitus; in eis tamen pro quanto, & quomodo obedientia sunt rationis imperio, habitus sunt secundario: sicut & assuesfactiones, ut in principio corporis articuli dicitur, & patet in musicis, & alijs artificibus: quomodo autem obedient, superius in quaest. de im-

li. j. com. 8.

In pdie. quat. com. 1.

q. p. ced. ar. 2. 3. & 4.

q. p. ced. ar. 4.

**D**EINDE considerandum est de subiecto habituum. **E**T CIRCA hoc queruntur sex.

- ¶ Primo, Vtrum in corpore sit aliquis habitus.
- ¶ Secundo, Vtrum anima sit subiectum habitus secundum suam essentiam, uel secundum suam potentiam.
- ¶ Tertio, Vtrum in potentis sententiae partis possit esse aliquis habitus.
- ¶ Quarto, Vtrum in ipso intellectu sit aliquis habitus.
- ¶ Quinto, Vtrum in uoluntate sit aliquis habitus.
- ¶ Sexto, Vtrum in substantiis separatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in corpore sit aliquis habitus.

**A**D PRIMVM sic proceditur. **V**t in corpore non sit aliquis habitus. **V**t n. Comentator dicit in 3. de Anima: Habit<sup>9</sup> est, quo quis agit cum uoluerit, sed actiones corporales non subiacent uoluntati, cum sint naturales, ergo in corpore non potest esse aliquid habitus. **¶** 2. Praet. Omnes dispositiones corporales sunt facile mobiles: sed habitus est qualitas difficile mobilis, ergo nulla dispositio corporalis potest esse habitus. **¶** 3. Prae. Oes dispositiones corporales subiacent alterationi, sed alteratio non est nisi in tertia specie qualitatibus, quae diuiditur contra habitum, ergo nullus habitus est in corpore.

**S**ED CONTRA est, quod Philosophus in 1. Praedicamentis, unitatem corporis, uel infirmitatem insanabilem, habitum nominari dicit. **R**ESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, habitus est quodammodo dispositio alicuius subiecti existens in potentia, uel ad formam, uel ad operationem: secundum ergo quod habitus importat dispositionem ad operationem, nullus habitus est principaliter in corpore, sicut in subiecto. Ois. n. operatio corporis est aut a naturali qualitate corporis, aut est ab anima mouente corpus. Quatuor igitur ad illas operationes quae sunt a natura, non disponit corpus per aliquem habitum, quia uirtutes naturales sunt determinatae ad unum. \* dictum est autem quod habitualis dispositio requiritur, ubi subiectum est in potentia ad multa operationes uero, quae sunt ab anima per corpus, principaliter quidem sunt ipsius animae, secundario uero ipsius corporis, habitus autem proportionatur operationibus, unde ex similibus actibus similes habitus cantur, ut dicitur in 2. Ethicor. & ideo dispositiones ad tales operationes principaliter sunt in anima: in corpore uero potest esse secundario, inquantum scilicet corpus disponitur & habitatur ad proptere deferendum in operationibus animae. Si uero loquamur de dispositione subiecti ad formam, sic habitualis dispositio potest esse in corpore, quod comparatur ad animam sicut subiectum ad formam: & hoc modo sanitas & pulchritudo, & huiusmodi, habituales dispositiones dicuntur non tamen perfecte habent rationem habituum, quia cause eorum ex sua natura de facili transmutabiles sunt. Alexander uero posuit nullo modo habitum uel dispositionem primae speciei esse in corpore, ut Simplicius refert in commento Praedicamentis, sed dicebat primam speciem qualitates pertinere tantum ad animam, & quod Aristoteles in Praedicamentis de sanitate & aegritudine, non inducit quasi pertineant ad primam speciem qualitatis, sed per modum exempli, ut sit sensus, quod sicut aegritudo & sanitas potest esse facile, uel difficile mobile, ita etiam qualitates primae speciei, quae dicuntur habitus & dispositio. Sed hoc patet esse contra intentionem Aristoteles, tum quia eodem modo loquendi utitur exemplificando de sanitate & aegritudine, & de uirtute & de scientia: tum quia in 7. Physicor. ponit expressum inter habitus pulchritudinem & sanitatem.

**F**ario uero ipsius corporis, habitus autem proportionatur operationibus, unde ex similibus actibus similes habitus cantur, ut dicitur in 2. Ethicor. & ideo dispositiones ad tales operationes principaliter sunt in anima: in corpore uero potest esse secundario, inquantum scilicet corpus disponitur & habitatur ad proptere deferendum in operationibus animae. Si uero loquamur de dispositione subiecti ad formam, sic habitualis dispositio potest esse in corpore, quod comparatur ad animam sicut subiectum ad formam: & hoc modo sanitas & pulchritudo, & huiusmodi, habituales dispositiones dicuntur non tamen perfecte habent rationem habituum, quia cause eorum ex sua natura de facili transmutabiles sunt. Alexander uero posuit nullo modo habitum uel dispositionem primae speciei esse in corpore, ut Simplicius refert in commento Praedicamentis, sed dicebat primam speciem qualitates pertinere tantum ad animam, & quod Aristoteles in Praedicamentis de sanitate & aegritudine, non inducit quasi pertineant ad primam speciem qualitatis, sed per modum exempli, ut sit sensus, quod sicut aegritudo & sanitas potest esse facile, uel difficile mobile, ita etiam qualitates primae speciei, quae dicuntur habitus & dispositio. Sed hoc patet esse contra intentionem Aristoteles, tum quia eodem modo loquendi utitur exemplificando de sanitate & aegritudine, & de uirtute & de scientia: tum quia in 7. Physicor. ponit expressum inter habitus pulchritudinem & sanitatem.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de habitu, secundum quod est dispositio ad operationem, & de actibus corporis, qui sunt a natura: non autem de his qui sunt ab anima, quorum principium est uoluntas. **A**D SECUNDVM dicendum, quod dispositiones corporales non sunt simpliciter difficile mobiles propter mutabilitatem corporaliu eorum: potest tamen esse difficile mobile per comparationem ad tale subiectum, quia scilicet subiecto durante moueri non potest, uel quia sunt difficile mobile per comparationem ad alias dispositiones, sed qualitates animae sunt simpliciter difficile mobile propter immobilitatem subiecti, & ideo non dicitur, quod sanitas difficile mobilis simpliciter sit habitus, sed quod est ut habitus, sicut in graeco habetur: qualitates autem animae dicuntur simpliciter habitus.

**A**D TERTIVM dicendum, quod dispones corporales, quae sunt in prima specie qualitatis, ut quodam po-

perio dictum est. Prouenit tertio, quod in animalibus brutis pro quanto aliqui participant obedientia, capacia sunt habituum. Prouenit quarto, quod cum duplex sit habitus licet ad naturam, & ad operationem: & hic differat a primo in hoc, quod iste est in uoluntate, ille non, ut in articulo. in responsione ad primum litera insinuat, quod habitus ad operationem potest secundum tempus, & secundum perfectionem uocatus sit habitus ad huiusmodi enim habitum habitamur, propter quod habitus corporales ad naturam, ut sanitas, pulchritudo, & huiusmodi, aut negati sunt habitus, ut dicitur de Alex. aut positi sunt imperfecte habitus, id est, dispositiones habituales, ut in litera dicitur in responsione ad secundum, & in articulo. 3. Cum his tamen memor responsionis ad secundum in articulo. 3. questionis praecedentis, quod scilicet non est de ratione habitus in communi respicere operationem, sed naturam, Alexander opinione reprehensione dignam putat, eo quod habitus naturam in supremo modo habitus contemplatam, inferioris ordinis habitus ad habitus genere subtrahit, & dicit quod licet primo habitus sint qualitates bene, uel male disponetes animam, secundario tamen etiam disponetes sic corpus, habitus nomen obtinuerunt, & ad eas non esse motum, ut dicitur 7. Physicor. Et potest inspicere in corpore nostris, manifeste habitus, seu dispositiones habituales intuenso, quantum uim in eis habeat consueudo quo ad eas, quae non subsunt rationis imperio. Consuetos enim alium mutationis frigoris, me dicunt, & similibus, manifeste pati corporaliter sine appentu uidemus, si contra consuetudinem faciat, aut patiantur. consuetudini. n. haec tribuntur: quin etiam

in pure uegetabilibus  
apparet plantis affue-  
tas irrigationis, aref-  
ce illa deficienterimi-  
les autem non cōfue-  
tas perseverare, tan-  
q̄ habitus secunda-  
rio dictus ibi partici-  
petur. oppositum.n.  
accidere deberet si  
confuetudo non ob-  
staret, quamuis hoc  
alterate naturæ ex  
continua irrigatione  
tribui possit.

fuerunt, differunt a qualitatibus  
tertiæ speciei in hoc, q̄ qualitates  
tertiæ speciei sunt ut in fieri, & ut  
in motu; unde dicuntur passiões,  
uel passibiles qualitates. q̄ autē  
iā peruenierint ad perfectū quasi  
ad speciem, tunc iā sunt in prima  
specie qualitatis. Sed hoc impro-  
bat \*Simplicius in cōmento Præ-  
dicamentorum, quia secundum  
hoc calefactio cēt in tertia specie  
qualitatis: calor autem in prima:  
Arist. autem ponit calorem in ter-  
tia. vnde Porphyrius dicit, sicut

Simplicius ibidem refert, quod passio uel passibilis  
qualitas, & dispositio & habitus differunt in corpo-  
ribus secundum intensiōem & remissionem. Qu-  
n. aliquid recipit caliditatem secundum calefieri tā-  
tum, non autem ut calefacere possit, tunc est passio  
si cito transiens, uel passibilis qualitas si sit ma-  
nens: quando autem iam ad hoc perducitur, quod  
potest etiam alterum calefacere, tunc est dispositio.  
si autem ulterius intantum confirmetur quod sit  
difficile mobilis, tūc erit habitus, ut sic dispositio sit  
quandā intensio, seu perfectio passionis, uel passibilis  
qualitatis, habitus autem dispositionis. Sed hoc im-  
probat \*Simplicius; quia talis intensio & remissio nō  
important diuersitatem ex parte ipsius formæ, sed  
ex diuersa participatione ipsius subiecti, & ita non  
diuersificarentur per hoc species qualitatis. Et ideo  
aliter dicendum est, quod sicut \*supra dictum est, cō-  
mensuratio ipsarum qualitatum passibilium secūdu  
conuenientiam ad naturam, habet rationem dispo-  
nis: & ideo facta alteratione circa ipsas qualitates pas-  
sibiles, quæ sunt calidum, frigidum, humidū, & sic-  
cum, fit ex consequenti alteratio secundum æritu-  
dinem & sanitatem: primo autem & per se non est  
alteratio secūdu huiusmodi habitus, & dispositiões.

ARTICVLVS II.

Utrum anima sit subiectum habitus secundum suam essentiam,  
uel suam potentiam.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, q̄ habitus sint  
in anima magis s̄m essentiam, q̄ s̄m poten-  
tiam. Disponēs.n. & habitus dicuntur in ordine ad  
naturā, ut \*dictum est: sed natura magis attenditur  
secundum essentiam animæ, quā secundum potē-  
tias, quia anima secundum suā essentiam est natura  
corporalis, & forma eius. ergo habit⁹ sūt in aīa se-  
cundum eius essentiam, & non secundum potentia.  
¶ 2 Præ. Accidentis non est accidens, habitus autē  
est quoddam accidens, sed potentia animæ sunt de  
genere accidentium, ut in primo \*dictum est. ergo  
habitus non est in anima ratione sue potentia.

¶ 3 Præ. Subiectū est prius eo, qd̄ est in subiecto, sed  
habitus cum pertineat ad primā spēm qualitatis, est  
prior quā potentia, quæ pertinet ad secundā spēm. er-  
go habitus nō est in potētia animæ sicut in subiecto.

SED CONTRA est, quod philosophus in 1. \*Eth. po-  
nit diuersos habitus in diuersis partibus animæ.  
RESPON. Dicendū, q̄ sicut \*supra dictū est, Ha-  
bitus importat dispositionem quandā in ordine ad  
naturam, uel ad operationē. Si ergo accipiatur habi-  
tus secundum, quod hēt ordinem ad naturā, sic non  
potest eē in aīa, si tñ de natura humana loquamur:  
quia ipsa anima est forma cōpletua humanæ natu-  
ræ. vnde secundum hoc magis potest esse aliquis ha-

bitus, uel dispositio in corpore per ordinem ad ani-  
mam, q̄ in anima per ordinem ad corpus. Sed si lo-  
quamur de aliqua superiori natura, cuius homo pōt  
esse particeps, secundum illud 2. Pet. 1. Vt simus con-  
sortes naturæ diuinæ, sic nihil prohibet in anima se-  
cundum suam essentiam esse aliquē habitum. s. gra-  
tiam, ut \*infra dicitur. Si uero accipiatur habitus in  
ordine ad operationem, sic maxime habitus inue-  
niuntur in anima, in quantum anima non determi-  
natur ad unam operationem, sed se habet ad mul-  
tas, quod requiritur ad habitum, ut \*supra dictum  
est. Et quia anima est principium operationum per  
sua potentia, ideo secundum hoc habitus sunt in  
anima secundum suas potentias.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod essentia ani-  
mæ pertinet ad naturam humanam non sicut subie-  
ctum disponendum ad aliquid aliud, sed sicut for-  
ma & natura, ad quam aliquis disponitur.

AD SECUNDVM Dicendū, quod accidens per se  
non potest esse subiectum accidentis: sed quia etiā  
in ipsis accidentibus est ordo quidam, subiectum se-  
cundum quod est sub vno accidente, intelligitur et  
se subiectum alterius: & sic dicitur unum accidens  
esse subiectum alterius, ut superficies coloris: & hoc  
modo potest potentia esse subiectum habitus.

AD TERTIVM Dicendum, q̄ habitus præmitti-  
tur potentia, secundum quod importat dispositio-  
nem ad naturam, potentia autē semper importat ordi-  
nem ad operationem, quæ est posterior, cum na-  
tura sit operationis principium, sed habit⁹ cuius po-  
tentia est subiectum, non importat ordinem ad natu-  
ram, sed ad operationem, unde est posterior poten-  
tia. Vel potest dici, q̄ habitus præponitur potentia:  
sicut completum incompleto, & actus potentia. a-  
ctus.n. naturaliter est prior, q̄ uis potētia sit prior or-  
dine gñrationis & tēporis, ut dī in 7. & 9. \*Metaph.

ARTICVLVS III.

Utrum in potentis sensitue partis pos-  
sit esse aliquis habitus.

AD TERTIVM sic proceditur.  
Videtur, q̄ in potentis sensi-  
tiue partis non possit esse aliquis  
habitus. Sicut enim potentia nu-  
tritiua pars est irrationalis, ita & sē-  
sitiua, sed in potentis nutritiue  
partis non ponitur aliquis habi-  
tus. ergo nec in potentis sensitue  
partis aliquis habitus debet poni.  
¶ 2 Præ. Sensitiue partes sūt cōes  
nobis, & brutis: sed in brutis non  
sunt aliq̄ habitus, quā nō est in eis  
uolūtas, q̄ in diffinitione habitus  
ponitur, ut \*supra dictū est. ergo  
in potentis sensituius non sunt ali-  
qui habitus.

¶ 3 Præ. Habitus aīæ sūt scīæ, &  
uirtutes, & sicut scīa refert ad uī  
apphēsiuā, ita uirtus ad uim appē-  
titiuā, sed in potētis sensituius non  
sūt aliqua scīa, cū scīa sit uniuēr-  
saliū, q̄ uires sensituiæ apprehēde-  
re nō pnt. ergo et nec habitus uir-  
tutū in partib. sensituius esse pnt.

SED CONTRA est, quod philoso-  
phus dicit in 3. \*Eth. q̄ aliqua uir-  
tutes, scilicet temperantia, & for-  
Prima Secundæ S. Thomæ.

q. 110. ar. 4.

q. 49. ar. 4.

D. 52.

Li. 9. Meta. 2  
re. 13 usque  
ad 19. & li. 7  
tex. 19. to. 3.

Super quatuor quinquaginta  
sime. arisculum  
tertium.

IN articulo 3 in cal-  
ce responsionis  
ad tertium aduertit  
q̄ licet habitus dispo-  
nens naturam conce-  
datur absolute i cor-  
pore, tanquam in p-  
prio & principali lu-  
biecto. ut in 1. art. di-  
ctum est. habitus ta-  
men disponens pri-  
mo ad operationem  
principaliter in uiri-  
bus animæ imperan-  
tibus, seu mouenti-  
bus & secundo in  
corpore ponitur, ut  
ibidem dictū & pro-  
batum est, quia habi-  
tus operationibus p-  
portionantur. eiusdē  
n. est habitus, cuius  
est operatio. & ex si-  
milibus actibus simi-  
les habitus generan-  
tur. operatio autem  
corporea, ad q̄ corp⁹  
affuetudine prom-  
ptum redditur, non  
est naturalis, sed uo-  
luntaria & principa-  
liter animæ. secunda-  
rio autem corporis.  
& ideo habitus prin-  
cipaliter etiam est in

3. di. 23. q. 1.  
ar. 1. & di.  
33. q. 2. ar. 4.  
& uer. q. 1.  
ar. 1. cor.

q. præ. ar. 3.  
in argu. Sed  
contra.

C. 10. in pri.  
to. 5.

N 4 ani-